



## **Clypevs Theologiæ Thomisticæ**

Continens Tractatus de Beatitudine, de Actibus humanis, eorumque Moralitate; de Virtutibus ac Donis, de Vitiis ac Peccatis, & de Legibus, nec-non Dissertationem Theologicam de Probabilitate

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Parisiis, 1669**

§. III. Solvuntur objectiones

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77355](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77355)

medium temperantiz, diuagantur per materiam A  
eiuslibet virtutis; & consequenter ad illa re-  
scienda non sufficit prudentia partialis, ut ait  
Scotus; vel prudentia ut se extendens solum  
ad finem & objectum alicujus particularis vir-  
tutis, ut asserit Vazquez, sed exigitur prudentia  
totalis, seu ad materiam omnium virtutum  
extensa.

26. Confirmatur: Dum prudentia imperat actus  
iustitiz v. g. vel attendit omnia que circum-  
stant, ex quibus potest vitari, vel aliqua omit-  
tit, & nihilominus imperat talem actum? Si  
primum, cum illa circumstantie possint esse di-  
uersarum materiarum (ut si occurrant plures  
actus boni impossibiles, v. g. solvere debitu-  
m creditori, quod pertinet ad iustitiam; pa-  
rentes alere, quod spectat ad pietatem; sacrifi-  
cium offerre, quod est religionis; subuenire pau-  
peri, quod est misericordiz) oportet ut omnes  
eas materias attingat, seu ad illas omnes se ex-  
tendat? Si secundum, tale imperium non erit  
actus prudentiz, sed imprudens & inconfide-  
raturum; quia imprudentia est imperare aliquem  
actum, non attentis circumstantiis occurrenti-  
bus, quæ si attenderentur, multoties recta ratio  
dictaret talem actum non esse imperandum.

## S. III.

## Soluntur objectiones.

27. **O**BJICIUNT in primis Adversarij varia Pa-  
trum testimonia, quibus apertè docere vi-  
dentur, virtutes morales inter se non esse con-  
nexas, sed abinvicem separabiles. In primis  
enim Hieronymus lib. i. contra Pelagianos intro-  
ducit Critobolum interlocutorem, qui ut probet  
pro Pelagianis contra Atticum (qui personam  
Hieronymi & Catholicorum gerit) hominem  
vitare posse omnia peccata, hæc objicit: *Et  
quomodo legimus, qui unam habuerit, omnes vi-  
detur habere virtutes?* Respondet autem Atticus:  
*Participatione, non proprietate: necesse est enim,  
singulis excellant in quibusdam, & tamen hoc quod  
legiste dicis, ubi scriptum sit nescio.* Cui iterum  
Critobolus sic ait: *Ignoras hanc esse Philosopho-  
rum sententiam?* Respondet autem Atticus: *Sed  
non Apostolorum: neque enim mihi cura est, quid  
Aristoteles, sed quid Paulus doceat.* Augustinus  
etiam Epist. 29. non concedit iustos & sanctos in  
hac vita habere omnes virtutes, sed posse dici  
habere aliam, & aliam non habere. Item Ber-  
nardus serm. 70. in Cantica, loquens de virtuti-  
bus iustorum inquit: *Magnus est qui tria vel  
quatuor lilia edificare potest in tanta spinarum  
densitate.* Demum Venerabilis Beda, relatus à  
D. Thoma in 3. dist. 36. qu. 1. art. 2. *Sancti* (in-  
quit) *magis humiliantur de virtutibus quas non  
habent, quam de virtutibus quas habent glo-  
riantur.*

28. Ad locum D. Hieronymi respondeo, illum  
solum ibi rejicere sententiam, quæ docebat con-  
nexionem virtutum haberi propriis viribus, &  
absque participatione seu auxilio gratiæ. Ibi  
enim impugnat errorem Pelagianorum, asseren-  
tium ad bene operandum, & ad habendas virtu-  
tes omnes, hominem non indigere gratiâ. Vel  
etiam dici potest cum Divo Thoma, loco cita-  
to, art. 1. ad 6. Hieronymum ibi solum velle sen-  
tentiam de connexionem virtutum non contineri  
expressè in Sacra Scriptura, sed in libris Philo-

Tom. III.

sophorum; non negare tamen illam esse veram;  
sed tantum non ita curandum esse de ea, ac si  
Apostoli eam tradidissent. Quod verò hæc inter-  
pretatio legitima sit, patet ex eo quod idem S.  
Doctor talem sententiam expressè doceat in Epi-  
stola ad Fabiolam, de quadraginta mansionibus,  
circa mansionem 38. ubi inquit de virtutibus:  
*Hærent sibi, & inter se connexæ sunt, ut qui unam  
caruerit, omnibus careat.*

Ad alia tria testimonia respondet S. Thomas  
ibidem art. 2. ad 1. ea debere intelligi de vir-  
tutibus quantum ad usus, & non quantum ad  
habitus: *diversi enim Sancti diversimodè exce-  
dunt se invicem in usibus diversarum virtutum,  
secundum quod de quolibet Confessore dictum est:  
Non est invenius similis illi, qui conservaret le-  
gem Excelsi.* Propter hujusmodi ergo excessum  
ex parte usûs, tribuimus cuilibet Sancto qual-  
dam speciales virtutes, & alias negamus; non  
quia istis careant, sed quia in illis magis splen-  
dent. Potest etiam dici, illos SS. Patres solum  
ibi intendere, omnes virtutes non haberi in æ-  
quali gradu, sed alias esse magis & alias minus  
intensas.

Objicies secundò cum Scoto: Quoties ali-  
quod subjectum est perfectibile distinctis per-  
fectionibus partialibus, potest perfici secundum  
unam, tamen non perficiatur secundum alias:  
unde potest Petrus habere visum, & carere au-  
ditu, scire metaphysicam, & ignorare arith-  
meticam, aut esse expertus in arte futoria, &  
rudis ac ignarus in arte pingendi: Sed homo est  
perfectibilis per plures virtutes morales, tan-  
quam per diversas perfectiones partiales: Ergo  
potest quamlibet ex illis recipere, aliis non re-  
ceptis.

Respondeo Majorem esse veram de perfectio-  
nibus partialibus, non connexis adinvicem, ut  
sunt auditus & visus, & scientiæ ac artes, quæ in  
objectione recensentur: falsam verò de perfe-  
ctionibus partialibus connexis inter se, cujus-  
modi sunt virtutes morales, ut declaratum est.

Dices: Tota definitio virtutis convenit v. g.  
temperantiz, absque consortio fortitudinis: Et-  
go potest haberi sine fortitudine. Consequentia  
patet, Antecedens probatur. Virtus est habitus  
electivus in mediocritate consistens, prout pru-  
dens dictaverit: Sed temperantia est hujusmo-  
di, sine fortitudinis consortio, ex hoc solum  
quod est cum prudentia circa propriam mate-  
riam: Ergo &c.

Respondeo negando Majorem, ad cujus proba-  
tionem, concessa Majori, nego Minorem: tem-  
perantia enim nequit perfectè medium rationis  
attingere in propria materia, nisi possit facilè  
rescindere omnia impedimenta, quæ tale me-  
dium possunt corrumpere, seu ab illo volunta-  
tem abducere; aliàs mulier quæ castitatem vio-  
laret meri mortis, non peccaret contra virtutem  
castitatis, sed solum contra fortitudinem, atque  
adeò diceretur casta, licet non fortis; quod vi-  
detur absurdum. Constat autem impedimenta  
quæ possunt medium temperantiz corrupere,  
spectare non solum ad materiam illius virtu-  
tis, sed etiam ad alias, puta fortitudinem, li-  
beralitatem &c. ut supra declaratum est; atque  
adeò nisi omnes aliæ virtutes habeantur, tem-  
perantia nequibit promptè & firmiter impedi-  
mentis corruptentibus obfistere, suumque me-  
dium illæsum servare.

Objicies tertio: Potest homo exercere actus

XX

29.

30.

31.

32.

33.

34.

unius virtutis, non exercendo actus aliarum: A Ergo & acquirere unam virtutem sine aliis. Antecedens patet, Consequentia probatur. Virtutes non acquiruntur nisi per proprios actus: Ergo dum non exercentur nisi actus unius, non possunt alia acquiri.

35. Respondeo concessio Antecedente distinguendo Consequens: potest acquirere unam virtutem sine aliis, quantum ad essentiam, & in statu imperfecto, concedo: in statu perfecto, nego: status enim perfectus virtutis non dependet solum ex actibus gignentibus essentiam virtutis, sed etiam ex consortio & comitatu aliarum, à quibus juvari debet, ut facile & promptè possit in propria materia medium rationis attingere, non solum per recessum ab his quæ in propria materia possunt abducere à tali medio (ad quod sufficit ipsa virtus) sed etiam per recessum ab his quæ possunt absolute & in quacunque materia abducere.

36. Dices: Si status perfectus unius virtutis dependeret nedum ex frequentatione propriorum actuum, sed etiam ex comitatu & consortio aliarum virtutum, sequeretur quod dum una virtus in statu perfecto acquiritur, deberent omnes simul acquiri: Sed hoc videtur impossibile; tum quia in eodem instanti exerceri nequeunt actus omnium virtutum; tum etiam quia plures sunt virtutes, quarum actus non possunt ab aliquibus exerceri; pauper enim non potest exercere actus magnificentia, neque conjugatus actus virginitatis: Ergo &c.

37. Respondeo concessio Majori, negando Minorem. Ad cujus primam probationem dicendum primò cum Cajetano, virtutes in statu perfecto simul acquiri, non similitate physica, hoc est in uno instanti, sed morali, id est brevi spatio temporis: nam brevi tempore occurrere possunt omnium vel saltem principalium actus, præsertim cum materiae morales valde inter se connexæ sint, & alia aliis immisceantur.

Secundò responder idem Auctor, non esse inconveniens, ut unico actu, in virtute multorum præcedentium, simul generentur omnes virtutes in esse perfecto: nam etsi talis actus elicitive & formaliter sit unius tantum virtutis, potest esse virtualiter multarum, quarum actus præcesserunt: sicut ultima gutta in virtute præcedentium cavat lapidem. Imò actualiter potest idem numero actus ab omnibus principalibus virtutibus oriri: ut si mulier el'gat subire mortem, ne violer castitatem conjugalem; ille enim actus simul est fortitudinis, ratione objecti, & temperantia atque justitia, ratione motivi; quia propter servandam fidem conjugii (quod pertinet ad justitiam) & sibi castitatem (quod spectat ad temperantiam) amplectitur mortis periculum, quod est proprium munus fortitudinis.

38. Ad secundam probationem dicendum, ad acquisitionem virtutis non requiri quod actus exterior illius exercentur, sed sufficere actum internum electionis, absolutum, vel conditionatum: unde si pauper eliciat actus internos conditionatos liberalitatis & magnificentia, poterit illas virtutes sibi comparare; & similiter conjugatus virtutem virginitatis, quantum ad formale, quia potest habere in præparatione animi integritatis conservandæ propositum, si hoc sibi competeret. Addo quod, cum diximus virtutes morales habere inter se necessariam connexionem, hoc intelligi debet de virtutibus

moralibus, quarum subjectum est capax, non verò de illis quarum est incapax: conjugatus verò qui voluptates veneras expertus est, non est capax castitatis virginalis, sed duntaxat conjugalis.

Objicies quartò: Prudentia est omnino prior virtutibus moralibus: Ergo potest esse perfecta sine illis, ac proinde præcipuum nostræ sententia fundamentum corrumpit. Consequentia patet, Probatur Antecedens. Primò quia virtutes morales acquiruntur per actus prudentia, regulantes actus proprios ipsarum à quibus immediatè producuntur. Secundò, quia virtutes morales non rectificant intentionem finis, sed electionem mediorum, virtus enim dicitur habitus electivus; intentio autem finis præcedit prudentiam & virtutem moralem; ejusque rectificativum ex parte voluntatis est synderesis, ex parte verò appetitûs, est naturalis rectitudo voluntatis.

Respondeo prudentiam non esse omnino priorem virtutibus moralibus, sed solum in esse imperfecto, & in fieri, ut loquitur Cajetanus, quatenus scilicet acquisitio virtutum moralium incipit ab ipso actu prudentia, taxante medium in earum materiis; acquisitis autem virtutum habitibus, & perfectè rectificato appetitu circa fines illarum, prudentia fit omnino perfecta. Ex quo patet ad primam probationem.

Ad secundam verò dicendum virtutem moralem nedum rectificare electionem mediorum, sed etiam intentionem honestatis in propria materia cujuslibet virtutis; quæ intentio, quia est acceptio unius præ alio, dicitur etiam electio lato modo sumpta, & virtus habitus electivus appellatur. Addo quod, dato quod virtus definiatur per ordinem ad electionem strictè sumptam, implicite tamen in ejus definitione involvitur intentio, quia ex hac semper procedit electio.

### ARTICVLVS III.

*Utrum virtutes morales acquisite sint necessario connexæ cum charitate?*

CERTVM est virtutes morales infusas esse cum charitate necessario connexas: tum quia sunt proprietates gratia sanctificantis, ab ipsa dimanantes, & ab ea inseparabiles: tum etiam quia, ut discurret D. Thomas hic art. 2. virtutes morales infusæ non possunt esse sine prudentia infusa, à qua diriguntur & regulantur, sicut virtutes morales acquisite diriguntur à prudentia naturali & acquisita; prudentia verò infusa non potest esse sine charitate: quia perfecta prudentia, qualis debet esse infusa, non potest dari absque perfecta rectitudine appetitûs circa finem, cum non possit esse rectitudo circa media ad finem, nisi supponatur rectitudo circa ipsam finem: cum ergo sola charitas perfectè rectificet appetitum circa ultimum finem supernaturalem, ad quem ordinantur omnes virtutes morales infusæ, prudentia perfecta & infusa absque charitate esse nequit.

Solum ergo difficultas & controversia est inter Theologos, an virtutes morales acquisite, necessario sint cum charitate connexæ, subindeque an sine charitate ulla vera virtus acqui-